

INTROIT Ps. 118: 46-47

Loquēbar de testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundēbar: et meditābar in mandātis tuis, quæ dilēxi nimis. Ps. 91: 2 Bonum est confitēri Dōmino: et psāllere nōmini tuo, Altīssime. Glōria Patri et Filio et Spīritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sēcūla sēcūlorum. Amen. Loquēbar de testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundēbar: et meditābar in mandātis tuis, quæ dilēxi nimis.

COLLECT

Sancti Joānnis Baptistæ Præcursōris et Martyris tui, quæsumus, Dōmine, venerānda festīvitas: salutāris auxiliī nobis præstet effectum: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spīritus Sancti, Deus, per ōmnia sēcūla sēcūlorum.

(Commemoration of St. Sabina, Martyr)

Deus, qui inter cetera potentia tua miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius; ut, qui beatæ Sabinae Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exemplum gradiamur. Per Dōminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spīritus Sancti, Deus, per ōmnia sēcūla sēcūlorum.

LESSON Jer. 1: 17-19

In diebus illis: Factum est verbum Dōmini ad me, dicens: Accinge lumbos tuos, et surge, et loquere ad Juda omnia, quæ ego præcipio tibi. Ne formides a facie eorum: nec enim timere te faciem vultumque eorum. Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum æreum, super omnem terram, regibus Juda, principibus ejus, et sacerdotibus, et populo terræ. Et bellabunt adversum te, et non prevalebunt: quia ego tecum sum, ait Dōminus, ut liberem te.

GRADUAL Ps. 91: 13-14

Justus ut palma florēbit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Dōmini. Ps 91: 3. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.

LESSER ALLELUIA Osee 14: 6

Allelūja, allelūja. Justus germinabit sicut liliū: et florēbit in ætēnum ante Dōminum. Allelūja.

GOSPEL Mark 6: 17-29

In illo tempore: Misit Herodes, ac tenuit Joānnem, et vinxit eum in carcere propter Herodiadem, uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Joānes Herōdi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herōdias autem insidiabatur illi, et volēbat occidere eum, nec poterat. Herōdes enim metuēbat Joānnem, sciens eum virum justum et sanctum: et custodiēbat eum, et audito eo multa faciēbat, et libēter eum audiēbat. Et cum dies opportunus accidisset, Herōdes natalis sui coenam fecit principibus et tribūnis et primis Galilææ. Cumque introisset filia ipsius Herōdiadis, et saltasset, et placuisset Herōdi simulque recumbentibus; rex ait puellæ: Pete a me, quod vis, et dabo tibi. Et juravit illi: Quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cum exisset, dixit matri suæ: Quædum petam? At illa dixit: Caput Joānnis Baptistæ. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petivit dicens: Volo, ut protinus des mihi in disco caput Joānnis Baptistæ. Et contristatus est rex: propter jusjurandum et propter simul discumbentes noluit eam contristare: sed misso spicatore, præcepit afferrī caput ejus in disco. Et decollavit eum in carcere. Et attulit caput ejus in disco: et dedit illud puellæ, et puella dedit matri suæ. Quo audito, discipuli ejus venerunt et tulerunt corpus ejus: et posuerunt illud in monumento.

OFFERTORY Ps 20: 2-3.

In virtute tua, Dōmine, lætabitur justus, et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei.

SECRET

Mūnera, quæ tibi, Dōmine, pro sancti Martyris tui Joānnis Baptistæ passione defērimus: quæsumus; ut ejus obtentu nobis proficiant ad salutem. Per Dōminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spīritus Sancti, Deus, per ōmnia sēcūla sēcūlorum.

(Commemoration of St. Sabina, Martyr)

Hōstias tibi, Dōmine, beatæ Sabinae Martyris tuæ dicatas meritis, benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dōminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spīritus Sancti, Deus, per ōmnia sēcūla sēcūlorum.

COMMUNION Ps. 20: 4

Posuisti, Dōmine, in capite ejus coronam de lapide pretioso.

POSTCOMMUNION

Cōnferat nobis, Dōmine, sancti Joānnis Baptistæ solēmnitas: ut et magnifica sacramenta, quæ sūmptis, significata veneremur, et in nobis potius edifica gaudeamus. Per Dōminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spīritus Sancti, Deus, per ōmnia sēcūla sēcūlorum.

(Commemoration of St. Sabina, Martyr)

Divini muneris largitate satiati, quæsumus, Dōmine, Deus noster: ut, intercedente beatā Sabina Martyre tua, in ejus semper participatione vivamus. Per Dōminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spīritus Sancti, Deus, per ōmnia sēcūla sēcūlorum.

I spoke of Thy testimonies before kings, and I was not ashamed: I meditated also on Thy commandments, which I loved exceedingly. (Ps. 91: 2) It is good to give praise to the Lord; and to sing to Thy name, O Most High. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. I spoke of Thy testimonies before kings, and I was not ashamed: I meditated also on Thy commandments, which I loved exceedingly.

May the august festival of St. John the Baptist, Thy precursor and martyr, we beseech Thee, O Lord, effect for us the furtherance of our salvation. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, who among the other marvels of Thy power, hast granted even to the weaker sex the victory of martyrdom: mercifully grant: that we who celebrate the heavenly birthday of blessed Sabina, Thy Martyr, may, by her example draw nearer to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days: The word of the Lord came to me, saying, Gird up thy loins, and arise, and speak to Juda all that I command thee. Be not afraid at their presence; for I will make thee not to fear their countenance. For behold I have made thee this day a fortified city, and a pillar of iron, and a wall of brass, over all the land, to the kings of Juda, to the princes thereof, and to the priests, and to the people of the land. And they shall fight against thee, and shall not prevail: for I am with thee, saith the Lord, to deliver thee.

The just shall flourish like the palm-tree; he shall grow up like the cedar of Libanus in the house of the Lord. V. To show forth Thy mercy in the morning and Thy truth in the night.

Alleluia, alleluia. The just shall spring as the lily, and flourish forever before the Lord. Alleluia.

At that time: Herod sent and apprehended John, and bound him in prison for the sake of Herodias, the wife of Philip his brother, because he had married her. For John said to Herod, It is not lawful for thee to have thy brother's wife. Now Herodias laid snares for him, and was desirous to put him to death, and could not. For Herod feared John, knowing him to be a just and holy man, and kept him, and when he heard him did many things; and he heard him willingly. And when a convenient day was come, Herod made a supper for his birthday, for the princes, and tribunes, and chief men of Galilee. And when the daughter of the same Herodias had come in, and had danced, and pleased Herod, and them that were at table with him, the king said to the damsel, Ask of me what thou wilt, and I will give it thee. And he swore to her, whatsoever thou shalt ask, I will give thee; though it be the half of my kingdom. Who, when she was gone out, said to her mother, What shall I ask? But she said, the head of John the Baptist. And when she was come in immediately with haste to the king, she asked, saying, I will that forthwith thou give me in a dish the head of John the Baptist. And the king was struck sad; yet because of his oath, and because of them that were with him at table, he would not displease her; but sending an executioner he commanded that his head should be brought in a dish. And he beheaded him in the prison, and brought his head in a dish, and gave it to the damsel, and the damsel gave it to her mother. Which his disciples hearing, came, and took his body, and laid it in a tomb.

In thy strength, O Lord, the just man shall exult, and in Thy salvation he shall rejoice exceedingly: Thou hast given him his heart's desire.

The offerings which we bring, O Lord, in memory of the passion of Thy holy martyr, John the Baptist, we pray that, by his favor, they may profit us unto salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

By the merits of blessed Sabina, Thy Martyr, graciously receive, O Lord, the offerings consecrated to Thee, and grant that they may ever bring us help. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O Lord, Thou hast set on his head a crown of precious stones.

May the solemn festival of St. John the Baptist bring us the grace, O Lord, both to venerate that which is signified in the great sacrament we have received, and to be joyful because this thing hath been more abundantly manifested in us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Filled with the Gift of Thy divine bounty, we beseech Thee, O Lord, our God, that by the intercession of blessed Sabina, Thy Martyr, we may partake thereof for evermore. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.